pusculum adstante leone nudum sicut eum
prius repperierat et nihil illud habens nisi
illum scissum uestimentum quod ei iam antea pie
cerat Zosimas ex quo aliqua maria tegit cor
poris sui membra. Tunc recedunt pariter
et leo quidem in interiora solitudinis quasi
ouis mansueta abscessit. Zosimas autem reuer
sus est benedicens et glorificans dominum et hym
num laudis decantans Christo domino nostro. Ueniens
autem in cenobium omnia eis ab initio retulit
nihil abscondit ex his omnibus quae uidit et
audiuit ut omnes audientes magnalia dei
nimio stupore admirarentur et cum timore
et amore magna fide celebrarent beatis
simae sanctae transitus diem. Iohannes autem abbas
inuenit quosdam emendandum corripiendos
iuxta sanctae illius sermonem et hos miserante
domino conuertit. Zosimas autem in eodem de
gens monasterio impleuit annos centum.
et tunc migrauit ad dominum in pace. Gratia
domini nostri Ihesu Christi cum quo patri gloria et ho
nor et imperium unacum sancto et uiuificatore
et adorando spiritu nunc et semper et in saecula
saeculorum amen.

Factum est prius quam incursio fieret in ro
manam rem publicam execrande persarum gen
tis fuisse in una ciuitatum nomine … licorum
secundi regione quendam uicedominum sanctae dei
ecclesiae nomine theophilum moribus et con
uersationibus praeclarum. qui quiete commo
da moderatione pertinentes ecclesiae dispen
sationibus ciuile optime regebat. Ita ut episcopus
eius hilari sobrietate repausaret in eum et
in omne dispositione ecclesiae seu plebis
uniuersae; unde in maiore usque adeo iam per
omnis gratus illi agebat et diligebant eum.

pupillis orfanis uiduis itaque egenis prudentius
commoda ministrabat. Contigit itaque uocante
domino eiusdem ciuitatis episcopum uita finire. Statimque
clerus omnis ac populus uniuersus affectu
a se diligentes eundem uicedominum et industriam
illius cognoscentes commune consilio decre
uerunt eum creari episcopum; et celebratum decretum
mox ad metropolitanum direxerunt episcopum.
Quo suscepto uir quoque conpetas uirtutibus annuit
petentibus effectum. Et dirigens ad promo
uendum episcopum praenominatum accersiri praecepit
uicedominum. Et prius quidem susceptis me
tropolitani episcopi litteris ambulare distulit.
rogantes omnes pie eum compellerent fieri episcopum.
sed sufficere sibi esse uicedominum. Asserens
et contestans indignum se esse tanti honoris
officio. Sed inminente populo brachio
sublatus ductus ad metropolitanum episcopum
est et susceptus cum gaudio sacerdotio mini
nebat. Ille pauimento prostratus conpre
hensis pedibus episcopi precabatur nihil in se utile
exercere. Inmeritum se omnino episcopatus
gradu proclamans et sua bene nosse peccata.
Cumque diu haereret pauimento et pedibus prouol
ueretur episcopi. Tractandi secum trium dierum accepit
spatium. Post diem autem tertium uocatum eum iterum
coepit commonere episcopus et exconlaudare. Sol
lertiam autem ille nihil omnino metuens dis
cendere gradum se esse acclamabat indignum.
Uidens itaque episcopus tantam eius in probi obstinatione
constantiam et quod omnino adquiescere
nollet sinuit eum atque alterum promouit
dignum eius de ecclesiae peragendum episco
patus officium. Porro ordinato episcopo cum eo
propria remeassent ciuitate quidam de clero
instigauerunt ut amoto illo alium ecclesiae
ordinaret uicedominum. Quo facto siue
tantum domus a quibus prioribus recesserunt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0115